

exigere pœnam deserteris accusationis non potest: ita judicare, ut ea inferatur, sententia sua non potest. — Dat. 40 kal. septemb. LÆTO et CEREAU CONSS. 216.

4. Imp. ALEXANDER A. Maximæ.

Cum vendente⁴ procuratore meo emisse te prædia dicas: pretium eorum necessario solvere debes. Cum his vero, quibus mandantibus eadem prædia emisse te et tradidisse dicis, agente te, procurator meus (si ejus audiuntiam elegitis) cognoscet, ut pecuniam quæ pretii nomine tibi debetur, et usuras, quæ fisco solvenda sunt, consequi possis. — P. P. 4 id. octob. MAXIMO et PATERO CONSS. 254.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Ursum.

Ad fiscum pertinentes⁵ causas rationalis decidat, omnibus concussio-nibus prohibendis. — Dat. non. febr. CONSTANTINOP. FELICIANO et TITIANO CONSS. 357.

6. *Idem*, A. ad Italicum.

Si quis adversus conductorem nostrum aliquid agendum crediderit, viro illustri comiti rerum privatuarum referri oportet: ne et iudici ex-sitionis, et officio ejus salutis discrimen imminet. — Dat. kal. febr. CONSS.

7. *Idem*, A. ad Bulephorum rationalem summæ rei.

Dominicis colonis et patrimonialibus gravitatem tuam censemus discep-tatricem esse debere. Duces enim et prepositos militum, et castrorum, et rectores provinciarum evocandis et accessandis colonis abstinere oportet. — Dat. 16 kal. Mart. LICINIO* CONSS.

8. Imp. CONSTANTINUS A. ad Taurum P. P.

Cum aliquid colonus⁶ aut servus rei privatae nostræ contra disciplinam publicam adferatur perpetrare, ad iudicium rectoris provincie venire co-gendus est: sic videlicet, ut praesente rationali vel procuratore domus nostra, inter eum et accusatorem causa tractetur: et, si facinus fuerit approbatum, juris severitas exeratur. — Dat. 5 non. Mart. SIRMII, AR-BITIONE et LOLLIANO CONSS. 355.

9. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Philippum virum clariss.

[Universi fiduciam gerant, ut] si quis eorum ab actore rerum priva-tarum nostrorum, sive a procuratore vexatus fuerit [injuriis], super ejus contumelias vel depreciationibus deferri querimoniam [sinceritati tuae, vel rectori provincie] non dubitet, [et ad publicae sententiam vindictæ simi] aliqua trepidatione convolare: [quia] res cum fuerit certis probatio-nibus declarata, sancimus, [et edicimus], ut si in provinciali hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur⁷. — Dat. 5 non. Jul. HERACTIE, VALENTINIANO et VALENTE AA. CONSS.

10. Imp. GRATIAN., VALENT. et THEOD. AAA. ad Polemum P. P.

Nulum ex officio rationalis qui exactionem vel chartis inseriat, in aliud iudicium adduci oportet: nisi forte cuiuspiam caput accusatio le-gibus instituta pulsaverit. — Dat. 3 kalend. Maji, ARCAD. et BAUTONE CONSS. 358.

11. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Artaxi preposito sacri cubiculi.

Hac lege sancimus: ut, sive agat domorum nostrorum⁸ colonus, inqui-linuse aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali seu civili nego-tio, non alterius, quam tui culminis ac viri spectabilis comitis domo-rum petatur examen: nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. — Dat. 8 id. aprilis.*

TIT. XXVII.

QUANDO LICEAT UNICUIQUE SINE JUDICE SE VINDICARE, VEL PUBLICAM DEVOTIONEM.

1. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. ad Provinciales.

Liberam resistendi⁹ cunctis tribuimus facultatem; ut quicunque mil-itum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsoletum, permissa cuicunque licentia dingo illico supplicio subjetetur: ac mortem quam minabatur, excipiat, et id quod intendebat, incurrit. Melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem,

⁴ L. 5, in fin. D. de jure feci. — 5. L. 2, supr. h. t. — 6. Abrog. L. ult. inf. cod. — 7. L. un. in fin. inf. de conductor. et progre. præd. feci. — 8. L. 6, L. 8, supr. h. t.

Tr. XXVII. — 9. L. 5, D. de just. et iur. ; add. L. ult. vers. neque vero, inf. de discuss. ; idem tamen L. 14, supr. de iudicis. — 10. L. 2, inf. de desertor.

Tr. XXVIII. — 11. Lib. 2, Inst. 18; Lib. 5, D. 2. — 12. L. 9, D. hered. get. — 13. L. 8, pr.

et quod serum est punire judicio, subjugamus edicto, ut nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni. — Dat. kalend. Jul. TATIANO et SYMMACHO CONSS. 591.

2. Imp. ARCAD., HONOR. et THEOD. AAA. Hadriano P. P.

Opprimendorum desertorum² facultatem provincialibus jure permit-timus. Qui si resistere ausi fuerint, in his velox ubique jubemus esse supplicium. Cuncti etenim adversus latrones publicos, desertoresque militæ, jus sibi sciunt pro quiete communis exercendæ publicæ ultionis indulsum. — Dat. 5 non. octob. THEODOSIO A. et RUMORIDIO CONSS. 405.

TIT. XXVIII.

DE INOFFICIOSO¹ TESTAMENTO.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Victorino.

Cum de inofficio matris sua testamento filius dicere velit adversus eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet: non est iniquum hoc ei accommodari, ut perinde fideicommissarius tenetur, ac si pro herede², aut pro possessore possideret. — P. P. 5 kalend. Jul. FALCONE et CLARO CONSS. 194.

2. *Idem*, AA. Lucretio.

Quamvis de inofficio testamento acturum te, bonorum³ possessionem acce-pisse proponas, tamen scriptis heredibus auferri possessionem incivile est. — Dat. 4 kalend. decemb. DEXTO et PRISCO CONSS. 197.

3. *Idem*, AA. Januario.

Si mater filii duobus heredibus institutis, tertio post testamentum suscepito, cum mutare idem testamentum potuisse, hoc facere neglexisset: merito utpote non justis rationibus neglectus, de inofficio querelam instituere poterit. Sed cum eam in puerperio vita decessisse proponas: repentina causa iniquitas per conjecturam⁴ maternæ pietatis emendanda est. Quare filio tuo, cui nihil præter maternum fatum imputari potest, perinde virilem portionem tribuendum esse censemus, ac si omnes filios heredes instituisset. Sin autem heredes scripti extranei erant, tunc de inofficio testamento actionem instituere non prohibetur. — P. P. 8 kalend. Jul. LATERANO et RUFINO CONSS. 198.

4. *Idem*, AA. Soterico et alii.

Cum ex causa fideicommissi secundum prætoris decretem in libertate morati sitis, filios etiam suscepitis: quamvis postea dominus vestri tes-tamentum inofficium⁵ sit pronunciatum, agente filio: non est æquum, fieri vobis libertatis questionem. — P. P. 6 id. Mart. ANTONIO 2 et GETA 2 CONSS. 206.

5. Imp. ANTONINUS A. Helio.

Si pater tuus post item contestamat, vel postquam⁶ propositum ha-buisset inofficium, fratris testamentum dicere, te herede relicto de-cessit: causam ceptam vel quocunque modo illi placitum exequi non pro-biberis. — P. P. 2 non. octob. GENTIANO et BASSO CONSS. 212.

6. *Idem*, A. Ingenuo.

Cum queratur, an filii de inofficio patris testamento possint dicere, si quartam⁷ bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspi-citur. — P. P. 7 kalend. Jul. ROMAE, DUOBUS ASPRIS CONSS. 213.

In AUTHENT. de immensis donati, § 1, coll. 5, tit. 3, Nov. 18, cap. 1, Authent. et Novell. 18, cap. 1.

Novissima lege cauim est, ut si quatuor sint filii vel pauciores, ex substantia deficiens triens⁸: si plures sint, semis debeatur eis quo-quo⁹ relicti titulo, ex aequo scilicet inter eos dividendum: cuius por-tionis nec usufructu¹⁰ defraudari liberi a parentibus possunt.

In AUTHENT. de immensis donati, § 1, coll. 7, tit. 4, al. 3, Novell. 92, cap. 1.

Unde et si parentis in quandam liberorum, vel in quosdam donatio-nem¹¹ immensam fecerit: quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiae, quantum poterat ante donationem debet. Licet autem ei, qui largitatem meruit, abstinere a hereditate, dummodo supplet ex donacione (si opus sit) cæterorum portionem.

4. L. 5, in fin. D. de jure feci. — 5. L. 2, supr. h. t. — 6. Abrog. L. ult. inf. cod. — 7. L. un. in fin. inf. de conductor. et progre. præd. feci. — 8. L. 6, L. 8, supr. h. t.

Tr. XXVII. — 9. L. 5, D. de just. et iur. ; add. L. ult. vers. neque vero, inf. de discuss. ; idem tamen L. 14, supr. de iudicis. — 10. L. 2, inf. de desertor.

Tr. XXVIII. — 11. Lib. 2, Inst. 18; Lib. 5, D. 2. — 12. L. 9, D. hered. get. — 13. L. 8, pr.

7. *Idem*, A. Secundo.

Neptem¹² defuncti actione de inofficio testamento, quamvis pater ejus emancipatus fuerit defunctus, experiri posse, ignorare non debes. — P. P. 6 kalend. Jul. ROMAE, LÆTO et CEREAU CONSS. 216.

8. Imp. ALEXAND. A. Florentino.

Parentibus arbitrium dividenda hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo non minus is qui pietatis sibi conscient est, partis, qua intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex iudicio parentis obtineat. — § 1. Qui autem agnoscit¹³ iudicium defuncti, eo quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit¹⁴, vel alio legitimo modo satisficit: etiam si minus quam ei debebat, reliquum est, si is major viginti quinque annis est, accusare ut inofficio voluntatem parentis, quam probavit, non potest. — P. P. 7 id. febr. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

9. *Idem*, A. Romanæ.

De inofficio testamento¹⁵ militis, vel jure militari vel civili facto, vel centurionis, vel tribuni numeri, nec filios posse queri jus certum est. — P. P. 6 id. Maji, MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

10. *Idem*, A. Quintiniano.

Si hereditum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicas, adversus quos de inofficio testamento acturus eras, iure successio bona ad fiscum¹⁶ pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, utpote vacanta, fiscus tenet: causam apud procuratorem¹⁷ nostrum agere potes. — P. P. 2 id. August. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

11. *Idem*, A. Ingenuo.

In arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitime successiones integræ sunt, sicuti civitas et libertas manet. Sed si testamentum parentis ejus fecit: neque de inofficio testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit: nam talem filium merito quis indigne¹⁸ [sua] successione judicat: nisi et ipse similis conditionis sit. — P. P. 4 kal. Januar. JUL. et CRISPINO CONSS. 228.

12. *Idem*, A. Liciniano et Diogeni.

Si pater pueræ (cujus vos curatores esse dicitis) filio ex semisse, ipsa autem ex triente, et uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, ut si quis eorum intra viginti quinque annos etatis decederet, superstitibus portionem [suam] restituere: praterea uxori, ut id, quod ex causa hereditatis ad eam pervenisset, filii post mortem suam restituere, fideicomisit: calumniosam inofficio actionem ad-versus justum iudicium testatoris instituere non debet: cum ex hu-jusmodi fideicommissarii restituzione tam matris quam fratris ejus portio ad eam poterat pervenire. — P. P. non. decemb. ALEXAND. A. 3 et DIONE CONSS. 230.

13. Imp. GORDIANUS A. Prisciano.

Cum duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem uncii, adversus eum, qui ex septem uncii heres scriptus fuerat, justa querela contendisse, ab altero²⁰ autem victimum te fuisse alleges: pro ea parte, qua resolutum est testamentum; cum jure intestati, qui obtinuit, succedat, neque legata, neque fideicommissaria debentur: quamvis libe-rates, et directe competant²¹, et fideicommissaria prestarentur debeant. — P. P. 5 kal. febr. GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

14. *Idem*, A. Prisco.

Eum qui inofficio querelam delatam non tenuit, a falsi accusatione non submoveti placuit²². Idem observatur, et si e contrario falsi crimine instituto victimus, postea de inofficio actionem exercere maluerit. — P. P. 6 kalend. decemb. GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

15. Imp. PHILIPPUS A. Aphrodisiæ.

Filiam præteritam a matre, ad successionem ejus circa²³ inofficio-quis querelam aspirare non posse; explorati juris est. — P. P. 5 kal. Aug. PHILIPPUS A. et TITIANO CONSS. 246.

16. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA. Valerian.

N. Cæs. Theodoræ.

Contra majores viginti quinque annis duplicum²⁴ actionem inferentes,

¹² L. 1, pr. et § 1, D. de conjung. cum eman. lib. — 13. L. 55, § 1, infra. h. t. — 14. add. L. 25, § 1; L. 51, § 2; L. ult. D. cod.; L. 5, infra. de iure debil. — 15. L. 27, § 2; D. h. t.; L. 5, infra. de iure testam. militi; vide tamen N. 123, c. 19; L. 54, auth. presertim, in fin. supr. de episop. — 16. L. 8, § 2; D. h. t. — 17. L. 5, supr. ubi cause fisc. — 18. N. 115, c. 3, § 2, 8. — 19. Immo vide L. 52, infra. auth. novissima, supr. h. t. — 20. L. 15, in fin. ; L. 24, D. cod.; L. 76, pr. D. de legat. 2. — 21. L. 4, supr. h. t. — 22. L. 47, D.; L. 5, in fin. infra. de hered. pot.; vide tamen L. 19, D. de bon. libert. — 23. § ult. Inst. ex exer. lib. — 24. L. 4, § 2;

L. 8, pr. D. de honor. poss. contr. tab. — 25. Add. L. 59, pr. D. de minor. — 26. L. 20, infra. h. t.; L. 5, infra. de insit. et substit. — 27. N. 215, c. 3, § 11. — 28. L. 48, D. de R. J. — 29. L. 18, supr. h. t. — 30. L. 6, infra. de repudiis.

— 31. L. 1, in fin. D. h. t. — 32. L. 27, infra. cod. — 33. L. 2, infra. si quis aliquem test. pro. — 34. L. 5, § 2; — 35. L. 15, in fin. ; L. 24, D. cod.; L. 76, pr. D. de legat. 2. — 36. L. 2, supr. h. t. — 37. L. 5, ult. D. de hered. pot.; L. 8, D. si tab. testim. nulla ext.; L. 5, infra. de insit. et substit. — 38. L. 2, § 1, D.

de honor. poss. sec. tab.

primam, quasi testamentum non sit jure perfectum,

26. *Idem*, AA. et CC. Serapioni suo salutem dic.

Ex tribus³⁷ uncis herede instituto filio, intra pubertatis annos directam non inutiliter a patre fieri substitutionem certum est. — Dat. 8 kal. septemb. *Nicomediae*, CC. Cons. 302.

27. Imp. CONSTANT. A. Verino.

Fratres³⁸, vel sorores uterini ab inofficio actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus arceantur: consanguinei autem, durante agnatione, [vel non] contra testamentum fratris sui, vel sororis de inofficio questionem movere possunt, si scripti heredes infamiae, vel turpitudinis³⁹, vel levis nota macula adspersantur: vel liberti, qui perperam, et non bene merentes, maximisque beneficis suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto servo necessario herede instituto. — Dat. id. Aug. *Sirmii*, CONSTANTINO A. 8 et LICIENIO CAES. Cons. 319.

28. *Idem*, A. ad Claudiom presidem provincie Dacie.

Liberi de inofficio querelam contra testamentum parentum moventes: probacionem debent præstare. *Quod obsequium debitum jugiter, prout ipsius naturæ religio flagitabat, parentibus adhuc erint: nisi scripti heredes ostendere maluerint*⁴⁰ *ingratos liberos contra parentes exituisse.* Sin autem mater contra filii testamentum inofficio actionem instituat, inquiri diligenter jubemus, utrum filius nulla ex justa causa fæsus matrem [in] novissima laserit voluntate, [eo quod] neque luctuosus ei et legitimam reliquerit portionem: ut testamento resciso, matri successio deferatur⁴¹. Si tamen⁴² mater in honestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obseedit, insidiisque eum vel clandestinus vel manifeste appetit, vel inimicis⁴³ ejus suas amicitias copulavit, atque in aliis sic versata est, ut inimica ejus potius quam mater crederetur: hoc probato, etiam invita acquisit filii voluntati. — Dat. 5 id. febr. CRISPUS et CONSTANTINO CAES. 4 Cons. 321.

29. Imp. ZENO A. Sebastianio præf. præt.

Quoniam novella constitutio divi Leonis⁴⁴ ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem donis, quæ a filia confertur præcepit: etiam ante nuptias donationem filio in quartam præcipimus imputari. Eodem modo cum pater, vel mater pro filia dotem, vel pro filia ante nuptias donationem, vel avus paternus aut maternus, vel avia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proavis itidem paternus aut maternus, vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum candem dotem vel donationem conferri⁴⁵, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficio querelam, tam dotem, quam ante nuptias donationem præfato modo volumus imputari, si ex substantia ejus profecta sit, de cuius hereditate agitur. — Dat. kal. Maij, ipso A. 2 Cons. 279.

30. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ.

Omnimodo⁴⁶ testatorum voluntatibus prospicentes, magnam et innu-merabilem occasionem subvertendis eorum dispositionis amputare censemus: et in certis casibus, in quibus de inofficio defunctorum testamenti, vel alio modo subvertendis moveri solebat actio, certa et statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum vel alii personis, qui bus eadem actio competere poterat: ut, sive adjiciatur in testamento de adipienda legitima portione, sive non, firmum quidem sit testamentum, iaceat vero his personis, qua testamentum quasi inofficium, vel alio modo subvertendit queri poterat, id quod minus portione legibus sibi relictum est, ad implandam⁴⁷ eam sine⁴⁸ odio alius pregravetur, penitus delendum esse sancimus: et hujusmodi causam liberis non tantum infantibus, sed etiam quamcunque etiam agentibus opponi minime concedimus: cum possit sub⁴⁹ conditione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquens, et patris odium punire, et juri filii sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satius enim crudelis nobis esse videtur, eum, qui non sentit, ingratus existimari. — Dat. 12 kalend. octob. DECIO V. C. Cons. 329.

31. *Idem*, A. Demostheni P. P.

Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero⁵⁰ relinquit, minusculam autem alii, vel alii de stirpe [sua] progenitis, ipsam tamen legitimam, sive in hereditate, sive in legato, vel fideicommisso, ut non possit locus inofficioi testamenti querela fieri, et ille quidem, qui ex parvulis genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit; quia autem ex labore parte eam amplexus est (sive unus, sive plures sint) non statim, et sine contentioso proposito, vel ulla mora eam restituere voluerit, sed expectato judiciorum strepitu, et multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia judicis vix eam reddiderit; crudelitatem ejus competentia pena aggredimur: ut, si haec fuerint subsecuta, non tantum in id, quod testator voluit eum restituere, condemnetur: sed etiam aliam tertiam partem⁵¹ quantitatis que fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: ut avaritia ejus legitimis iicitibus feriat: alios omnibus, quæ in eodem testamento, vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. — § 1. Legis autem veteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubescat lex posita, (quam Julius Paulus in suis scriptis Questionibus) hanc piissimam aggredimur sanctionem: cum enim infans⁵² suum non posse ingratum a matre sua vocari scriptis, neque propter hoc ab ultima sua matris hereditate repelli, nisi hoc odio fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est: hoc iniquum iudicantes, ut alieno⁵³ odio alius pregravetur, penitus delendum esse sancimus: et hujusmodi causam liberis non tantum infantibus, sed etiam quamcunque etiam agentibus opponi minime concedimus: cum possit sub⁵⁴ conditione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquens, et patris odium punire, et juri filii sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satius enim crudelis nobis esse videtur, eum, qui non sentit, ingratus existimari. — Dat. 12 kalend. octob. DECIO V. C. Cons. 329.

32. *Idem*, A. Joanni P. P.

Si quis filium suum exheredatum fecerit, alio scripto herede; reliquerit autem ex eo nepotem [vel] vivum, vel in ventre⁵⁵ nurus sue constitutum; deliberante vero scripto herede filius [exheredatus] decesserit, illa hereditatis petitione ex nomine de inofficio constituta, vel pra-

37. Add. L. 21, § 1, D. de adopt. — 38. L. 21, supr. L. 1, D. 21, Inst. b. t. — 39. L. 5, pr. D. si a parente quis maxum. — 40. *Intra ride* L. 50, inf. b. t. — 41. L. 15, pr. D. cod. — 42. Add. N. 115, c. 4; Feud. 57. — 43. L. 50, pr. supr. b. t. — 44. L. 25, inf. de collat. — 45. *Vide tumen* L. 50, pr. inf. d. t. — 46. Confer. L. 56, inf. b. t. — 47. d. t. 36. — 48. Auth. novissima, supr. b. t. — 49. Arg. L. ult. inf. de rever. don. — L. 1, in fin. D. de Scl. Silan. — 50. L. 56, inf. b. t. *Intra ride* N. 115, c. 5, pr. — 51. Inf. de posthum. hereditate liber. præter. et exher. — 52. L. 5, inf. qui militare; L. ult. inf. de pugnori. — N. 35,

eisdem personis acquisita, posse lucrari eas manifestum est: eo quod talis sit militia⁵⁶, ut vendatur, vel mortuo militante certa pecunia ad ejus heredes⁵⁷ perveniat: ita tamen, ut ille gradus ejusdem militiae inspicatur: quem in morte testatoris militans obtinet: ut tanta ei pecunia in legitimam portionem computetur, quantum dari constitutum est, si in eo gradu mortuus esset is, qui militiam ex pecunis testatoris adeptus est: exceptis solis viris spectabilibus silentariis sacri nostri palati, quibus prestita jam specialia beneficia⁵⁸ tam de alius capitulis, quam de pecuniis super memorata militia a parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis computentur, rata esse præcipimus: in cateris vero personis predictam observationem tenerem volumus. — Dat. kal. Jun. *Constantinop.*, JUSTINIANO A. 2 Cons. 528.

33. *Idem*, A. Mennæ P. P.

Quæ nuper⁵⁹ ad testamenta conservanda, nec facile retractanda sanc-
tivimus, ut ratione Falcidie minime illis personis derelicta, quæ ad inofficio*testamenti* querelam ex prioribus vocalantur legibus, non periclitentur testamenta, sed quod deest legitimæ portioni, id est⁶⁰, quartæ parti scilicet ab intestato successionis, tantum repleatur; exceptis illis, quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus præsa jura illibata servamus: etiam ad testamenta sine scriptis facienda locum habere sanctivimus. — Dat. 2 id. dec. D. N. JUSTINIANO A. 2 Cons. 528.

34. *Idem*, A. Mennæ P. P.

Quoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficio*testamento* actionem movere poterant, hoc repleatur⁶¹, ne occasione minoris quantitatis testamentum resindatur: hoc in presenti addendum esse censemus: ut, si conditionibus⁶² quibusdum, vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram, vel modum, vel alii gravamen introduce, eorum jura, qui ad memoriam actionem vocalantur, immunita esse videantur; ipsa conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcunque onus introducens, tollatur: et ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. — Dat. 2 kal. april. DECIO V. C. Cons. 529.

35. *Idem*, A. Demostheni P. P.

Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero⁶³ relinquit, minusculam autem alii, vel alii de stirpe [sua] progenitis, ipsam tamen legitimam, sive in hereditate, sive in legato, vel fideicommisso, ut non possit locus inofficio*testamenti* querela fieri, et ille quidem, qui ex parvulis genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit; quia autem ex labore parte eam amplexus est (sive unus, sive plures sint) non statim, et sine contentioso proposito, vel ulla mora eam restituere voluerit, sed expectato judiciorum strepitu, et multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia judicis vix eam reddiderit; crudelitatem ejus competentia pena aggredimur: ut, si haec fuerint subsecuta, non tantum in id, quod testator voluit eum restituere, condemnetur: sed etiam aliam tertiam partem⁶⁴ quantitatis que fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: ut avaritia ejus legitimis iicitibus feriat: alios omnibus, quæ in eodem testamento, vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. — § 2. Et generaliter definimus: quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit, vel mortis causa donatione, vel inter vivos, sub ea conditione, ut hec inter vivos donatio in quartam ei computetur: si filius post obitum patris hoc, quod reliquit vel donatum est, simpliciter⁶⁵ agnoverit, forte et securitatem hereditibus fecerit, quod ei reliquit vel datum est, accepisse, non adiuvans, nullam sibi superesse de repleto⁶⁶ questionem: nullum sibi filium facere præjudicium, sed legitimam partem repleri: nisi hoc specialiter sive in auctoritate, sive in transactione scripturæ, vel pactu fuerit, quod contentus reliqua vel data parte de eo, quod deest, nullam habeat questionem; tunc enim, omni exclusa querela, paternum amplecti compelletur iudicium. — § 3. Quæ omnis sanctio suas radices extendat non solum ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes personas, quæ de inofficio*querelam* contra mortuorum ultima elegia possunt movere. — Dat. kal. sept. LAMPADIO et ORESTE Cons. 530.

36. *Idem*, A. Joanni P. P.

Scimus antea constitutionem⁶⁷ relatam fuisse, qua cautum est: *Si pater minorem debita portione filio suo reliquistet, omnimodo, eti[us] non adiiciatur, viri boni arbitru[m] repleri filio, attamen ipso jure inesse eandem repletionem.* Quærebatur itaque, si quis rem donatam, vel inter vivos, vel mortis causa, [vel in legis⁶⁸] vel in testamento reliquat agnoverit, et pro parte sua habuerit: deinde eadem res evicta, vel tota, vel pro parte fuerit; an debet ex nostra constitutione pars legitima post evictionem suppleri: vel si ex legi Falcidia minuantur legata, vel fideicommissa, vel mortis causa donations, debeat tamen ex hoc casu supplementum introduci: ne, dum totam Falcidianam accipere heres niterit, etiam totum commodum hereditatis amittat? Sancimus itaque in omnibus istis casibus, sive in totum evictio subsequatur, sive in partem, emendare vitium, [et] vel aliam rem, vel pecunias restituiri; vel repletionem fieri, nulla Falcidia interveniente: ut sive ab initio minus fuerit reliquit, sive extrinsecus qualisque causa intervenerit aliquod gravamen⁶⁹ imponat, vel in quantitate, vel in tempore: hoc modis omnibus repleri, et nostrum juvamen purum filii inferri. Repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris, non si quid ex aliis causis filius lucratus est, vel ex

parata, omne adjutorium nepotem dereliquerit: neque enim pater nepoti aliquod jus, cum decesserit, contra patris [sui] testamentum dereliquerit: quia postea et adita est ab extraneo hereditas, et supervixit auctor pater ejus: ut neque ex lege Velleia possit in locum patris sui succedere, et rescindere testamentum. Et hoc nonnulli jurisconsulti⁷⁰ in medium propentes inhumane reliquerunt. Sed nos (qui omnes subjectos nostros et filios et nepotes habere existimamus affectione paterna et imitatione) secundum quod possibile est, omnium commodis prospicentes, iubemus, in tali specie eadem jura nepoti dari⁷¹, quas filius habebat: eti[us] preparatio facta non est ad inofficio*querelam* instituandam, tamen posse nepotem eandem causam proponere: et si non heres apertissimis probationibus ostenderit ingratum patrem circa testatorum fuisse; testamento remoto, ab intestato eum vocari, nisi certa quantitas patri ejus minor parte legitima relicta est: tunc etenim, secundum novellam⁷² nostri numeri constitutionem, repletio quartæ parti nepoti superest, si qua patre ejus competitabat ut perfruatur nostro beneficio a vetustate quidem neglegitus, a nostro autem vigore recreatus, nisi pater adhuc superest, vel repudiavit⁷³ querelam, vel quinquennio tacit, scilicet post aditam hereditatem. — Dat. 3 kal. Aug. LAMPADIO et ORESTE Cons. 530.

37. *Idem*, A. Juliano P. P.

Si quando talis concessio imperialis processerit, per quam *libera testamen[t]i factio*⁷⁴ conceditur, nihil aliud videri principem concedere, nisi ut habeat legitimam, et consuetam testamenti factio[nem]: neque enim credendum est, romanum principem qui jura tuetur, hujusmodi verbo totam observationem testatorum multis vigilis excogitata atque inventantem velle everti. — § 1. Illud etiam sancimus: ut si quis ei patre certas res vel pecunias accepisset, et pactus fuisset, *quoties de inofficio querela adversus testamentum paternum minime ab eo moveretur;* et post obitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnoverit ejus iudicium, sed oppugnandum putaverit, vetero iuglio explosu, hujusmodi pacto filium minime gravari⁷⁵, secundum Papiniani responsum, in quo definitivit, *mei[us] magis filios ad paternam obsequia provocando, quam pactionibus adstringendo.* Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones ad heredes paternos filium celebraverit, in quibus apertissime iudicium patris agnoverit. — § 2. Et generaliter definimus: quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquod dederit, vel mortis causa donatione, vel inter vivos, sub ea conditione, ut hec inter vivos donatio in quartam ei computetur: si filius post obitum patris hoc, quod reliquit vel donatum est, simpliciter agnoverit, forte et securitatem hereditibus fecerit, quod ei reliquit vel datum est, accepisse, non adiuvans, nullam sibi superesse de repleto questionem: tunc enim, omni exclusa querela, paternum amplecti compelletur iudicium. — § 3. Quæ omnis sanctio suas radices extendat non solum ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes personas, quæ de inofficio*querelam* contra mortuorum ultima elegia possunt movere. — Dat. kal. sept. LAMPADIO et ORESTE Cons. 530.

38. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cum antiquis legibus declaratum est, ut *militaria*⁷⁶ testamenta de inofficio*querelam* evadant: multi alii casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopperi necesse est. In castrenis etiam peculii introducta est et alia subdivisio, et peculi triplex invenitur causa. Vel enim paganum est peculum, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque obtinet: quod quasi⁷⁷ castrense nuncupatur. In tali igitur peculio, quod quasi castrense appellatur, quibusdam personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus⁷⁸ quo voluerint modo, sed communi et licito et consueto ordine observando, quemadmodum constitutum fuerat in proconsulibus, et prefectis legionum, et præsidibus provinciarum, et omnibus generaliter, qui in diversis dignitatibus, vel administrationibus positi a nostra consequuntur manu, vel ex publicis salariis quasdam largitantes. Sed haec quidem personæ testamenti facienti habent potestatem in ipsis tantummodo peculii⁷⁹, quam enumerata sunt, id est, quasi castrensis. Sed et veterani, qui tempore quidem militis sibi peculium acquisiverunt, militiam autem deponerunt; testari, licito tamen modo, non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensis peculii dubitatur, sed quibusdam personis hoc privilegium loco concessum est: quia militibus quidem et veteranis testamenta facere in castrensi peculio undique concessum fuerat: sed militibus quidem in expeditione constitutis jure suo, veteranis autem jure communis: de aliis autem personis omnibus, quæ non per speciale privilegium hoc accepterunt, si possint testari, dubitatum fuerat: utputa viris discretissimis patronis causarum, virisque devotissimis memorialibus, et agentibus in rebus, necnon magistris studiorum liberalium, archiatri quoque et [alii] omnibus omnino, qui salario vel stipendia percipiunt publica. — § 1. In his itaque omnibus sancimus, (quia ad imitationem peculii castrensis quasi castrense peculium supervenit) omnes, qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculii sunt, ultima condere (secundum⁸⁰ leges tamen) posse elegia: hoc nihilominus eis ad

65. d. L. 9, § 2, L. 10, D. de adopt. — 66. L. 21, supr. b. t. — 67. L. 50, supr. cod. — 68. Add. L. 6, inf. de silent. — 69. L. 50, supr. b. t. — 70. L. 5, inf. de collat. — 71. L. 50, supr. b. t. — 72. Ex L. 50, supr. b. t. — 73. d. L. 50, in pr. — 74. L. 50, supr. b. t. — 75. L. 50, in pr. — 76. L. 50, supr. b. t. — 77. L. 50, supr. b. t. — 78. L. 50, supr. b. t. — 79. L. 50, supr. b. t. — 80. N. 1, pr. 2, L. 7, D. de adopt. — 81. L. 21, supr. b. t. — 82. L. 21, supr. b. t. — 83. L. 50, supr. b. t. — 84. L. 50, supr. b. t. — 85. L. 50, supr. b. t. — 86. L. 50, supr. b. t. — 87. L. 50, supr. b. t. — 88. L. 50